

11 (inserto in n. 12)

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

11 (inserto in n. 12)

1431 aprile 3, Roma apud S. Petrum

Eugenius episcopus servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam.

Dudum felicitis recordationis Martinus papa quintus predecessor noster dilectis filiis magistro et conventui Hospitalis sancti Iohannis Ierosolimitani certas licteras gratiose concessit, quas et eis contenta nos considerantes concessionem huiusmodi fuisse rationabilem et honestam pro conservatione religionis et fidei Christiane, auctoritate apostolica ex certa scientia harum serie approbamus et confirmamus, earumque tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, pro ut inferius continetur: *cf. n. 10* Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre approbationis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. // (220v) Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Rome apud sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo tricesimo primo, tertio nonas aprilis, pontificatus nostri anno primo.